





Mr. 279.

Z
4841

Oratio

DE VITA ET OBL
TV CLARISSIMI IVRE
CONSULTI MATTHÆI VVESEN
becij, in Academia VVitebergensi quondam
Professoris Celeberrimi.

SCRIPTA ET RECITATA
AB ANDREA RAVCHBAR, I. V. D. ET PRO
fessore, Cum Licentiæ gradus in utroq; iure decerneretur
tribus ornatissimis, & doctissimis Viris.

Dn. NICOLAO CLAVDIO *Reuso*
liensi Linono.

Dn. IOHANNI MULLERO *Quedela*
burgensi Saxoni.

Dn. LIBERIO HOFFMANNO de *Fri-*
derichsroda Thuringo.

ADDITA SVNT RESPONSIO DO
CTORIS IOHANNIS LEMMERI, PRO TEMPO
re Collegij Iureconsultorum Decani, quæ est eiusdem cum ora
tione argumenti, Et à nouellis Licentiatis progressuum
suorum publicè edita specimina.



VVITEBERG AE,
Excudebat Zacharias Lehman.

M. D. LXXXVII.

O R A T I O.

NON tantum iusticia & aequitati consentaneum: Verum etiam cum maxima utilitate & emolumento coniunctum est, virtutes, res gestas, dicta atq; consilia virorum illustrium, publicè ob oculos hominum posita, meritis ornare laudibus, debita aq; gratitudine prosequi. Honorifica enim excellentium virtutum exempla, ardorem erga virtutes, in animis hominum accendunt, multa utilia & salutaria precepta, de omnibus vitæ consiliis, & actionibus prudenter instituendis, suggerunt & suppeditant, ac ad imitationem generosas mentes alacrius inuitant & alliciunt. Sed virtutum dissimulatio vel occultatio, virtutis amorem & desiderium paulatim exstinguit, iusticia, qua suum cuiq; tribuere iubet, aduersatur, ac deniq; inuidia, odij & malevolentia speciem præ se fert non obscuram, ut proinde Lyricus poëta rectè cecinerit, ad *M. Lollium*:

Paulum sepultæ distat inertix
 Cælata virtus. non ego te meis
 Chartis inornatum sileri,
 Totvè tuos patiar labores,
 Impunè Lolli carpere liuidas
 Obliuiones.

A ij

Prate-

Præterea cum referenda gratia nullum magis officium sit necessarium, ac dissimulare accepta beneficia, species quoque ingratitude sit, omnibus modis evitandum est, nisi officio nostro deesse, & ingratitude sceleratissima labem contrahere velimus, ut aperti ac ingenui virtutum simus præcones & celebratores, non meritorum & laudum excellentium virorum dissimulatores, non simulatores, quales hoc perditissimo seculo videmus plurimos, qui, sicut flentes ad noverca tumultum, simulant luctum, cum reuera gaudeant: Ita & hi simulant amicitiam, cum reuera infenso & inimicissimo sint animo, simulant se venerari & colere, quos acerbè, & peius angue & cane oderunt, nominant simulatè optimè meritos præceptores, quibus v' pessimis & sceleratissimis magistris, æternum exitium, infernum, Gehennam & omnia mala ex animo precantur. Horum detestabilior est malitia, & capitalior pestis, quàm illorum, qui palàm pro summis beneficiis summum remetiuntur maleficio, quiq; pro meritis apertè ingratitude reponunt, pro laudibus vituperium, pro honesta recordatione obrectationem & maledicentiam. Apertè quippè velodisse, teste M. Tullio, magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam.

Cele-

Celebratio ergo & honorifica mentio, velut peculiaris merces, iustitia exigente, virtutibus debetur, ac si in posteritatem omnem recolatur, non modo utilitatem adfert eximiam, verum etiam gratitudinis partem quandam continet, qua praeceptoribus optime meritis praecipue referenda est, non minus, quam ipsis parentibus, cum ab his viuendi quidem, ab illis vero bene viuendi, initium acceperimus: uti Alexandrum de praeceptore Aristotele dixisse, memoria proditum est.

Cum igitur, Magnifice D. Rector, Principes Illustriſſimi, Viri clarissimi, patres Academici, Coronanobilissima & ornatissima, non ita pridem duobus Iureconsultis celeberrimis, collegis amantissimis, praeceptoribus honorandis Dn. Matthaeo Wesenbecio, & D. Michaelo Teubero priuati sumus, omnino faciendum est, ne nobile hoc Iureconsultorum par, digna defraudemus laude, neve oblitterasse silentio praclare de nobis meritorum pignorum memoriam & recordationem videamur. Debetur hoc laudis praconium viris istis summis & excellentissimis à Republica, quam superstites prudentissimis consilij suis optime rexerunt: Debetur ab hac schola, quam docendo, profitendo, & de iure respondendo eximie ornarunt, & sapienter gubernarunt: Debetur

à collegio nostro, cuius Duces, Choriphai, & seniores
fuerunt eminentissimi: Debetur à summis pariter
atq; infimis, quibus horum opera utilis & commoda
semper existit: Debetur præcipuè à nostri ordinis ho-
minibus, quibus optimum eruditionis legalis thesau-
rum, quem studiis & laboribus suis comparauerant,
tàm voce, quàm scriptis prolixè & fideliter exposue-
runt: Inprimis verò hoc officium me beatissimis
virorum illorum manibus debere, probè intelligo, pa-
lamq; & ingenuè profiteor, ac nisi intelligerem &
profiterer, essem omnium imperitissimus, & ingratis-
simus meritò dicendus. Tua enim, clarissime VVe-
senbeci, institutio & consuetudo: tua colendissime
Teubere, socer charissime, benevolentia, qua me unice
semper es complexus: tua affectio erga me plus
quàm paterna, caussa mihi fuerunt, præcipuorum be-
neficiorum, quibus me Deus optimus maximus ha-
ctenus affecit, qua summa & maxima esse agnosco,
Et uti par & æquum est, prædico & extollo. Intelli-
gitis, Magnifice D. Rector, Principes illustrissimi,
Viri clarissimi ac iuvenes ornatissimi, quam ego di-
cendi materiam, & dicentis persona optimè congrue-
re, ac amplissimo & eruditissimo hoc confessu non pla-
nè indignam esse, iudicem, qua nimirum prædicatio-
nem & commendationem optimorum Iureconsulto-
rum,

rum, collegarum vestrorum, praeceptorum meritissimi-
morum contineat. Veruntamen, cum & temporis
angustia & pudor de virtutibus soceri mei plura in
medium adferre prohibere videatur, propterea quod
ob arctissimam coniunctionem & affinitatem, istius
celebratio quodammodo propria laudis esset decan-
tatio: Idcirco hoc tempore solummodo de vita &
obitu magni illius Wesenbecij pauca quadam di-
cturus sum. Faxit Deus, ut mihi digna fautore
egregio, digna patrono eximio, digna praeceptore ex-
cellentissimo, digna collega honorando, contingat
oratio, quae officio meo, & veritatis amplitudini
quodammodo par sit & respondeat.

Vos autem omnes, quotquot adestis, appello,
vosque submisè, officiosè & amanter oro & obtestor,
ut ijs, quae dicuntur à me, quem scitis studia tractare,
longè lateque ab hac exercitatione remota, aquas, be-
nignas & candidas aures praebeat, ac si brevius qua-
dam perstrinxero, si quadam inscius vel imprudens o-
miserò vel pratermiserò, cogitationibusque vestris inte-
gra illibataque reseruauerò, illa ut benigne & amanter
suppleatis. Non enim propositum est mihi de
omnibus dicere, quae de tanto viro dici & pradica-
ri possent: Illud enim esset immensi laboris, &
oneris supra vires & facultates meas sublatis.

Non

Non de multis agere: prolixior enim & hac foret tractatio, quam ut illam tam exigui temporis intercapedo recipere posset. Sed principuorum duntaxat bonorum & vita honestissime & sanctissime acta aliquot exempla, beatissimiq; obitus descriptionem nudè & breuiter expositurus sum: vnde intelligere omnes facile poterunt, quantum Jurisprudentiæ lumen, administrationi Reipublica presidium, scholæq; nostra decus & ornamentum, illo sublato, decesserit.

Natus est ergo Matthæus Wesenbecius Anno à salute parta 1531. die 25. Octobris, Antverpia, in celeberrima quidem totius Europa vrbe, sed nunc ab hostibus duriter pressa & afflictâ, quibus tamen plus nocere posset euersa quam aduersa, vti de Carthagine & hostibus Romanis, D. Augustinus scriptum reliquit.

Licet autem pars quadam felicitatis perhibeatur, Ciuem esse Inclytæ Reipublicæ, & municipem orbis nobilissima & splendidissima, ac ex plurimorum sententia eos, qui felices gloriosiq; futuri sunt, illustri patria prognatos esse oporteat: Tamen præcipua laus non in eo posita est, ut Flavius Vopiscus in Aureliano ad Bassum scribit, ubi quisq; sit genitus, sed qualis in Republica fuerit: An Platonem magis commen-

dat,

dat, quod Atheniensis fuerit, quàm unicum sapientia munus illuxerit? An eo minores inueniuntur Aristoteles Stagyrita, Elearesq̄, Zenon aut Anarcharsis Scythia, quod in minimis nati sint viculis? cum illos ad cælum omnis Philosophia virtus extulerit. Quapropter à patriæ celebritate Wesenbecium non magnoperè commendandum hoc loco esse arbitramur.

Patrem habuit Petrum Wesenbecium, virum præcipui inter suos conciuēs ordinis, clari & nobilitis generis, magna dignitatis, & antiquæ fidei, qui in Republica Antverpiensi summa cum pietatis, integritatis & iusticiæ laude, senatoriis functus est muneribus. Matrem verò Barbaram Ciliam, ex celebri istic & amplissima familia oriundam, quæ diu in humanis ageret, pietate erga Deum, officioso obsequio erga maritum, castitate, fide conjugali, plurimq̄ aliarum virtutum matrimonialium decore aliis praluxit. O optimorum parentum filium optimum: O præstantissimorum præstantissimum: O nobilissimorum nobilissimum: O quàm pulchra est casta generatio cum claritate: Immortalis est enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines.

Reliquas externa rei laudes, fortunæq̄ bona ac corporeas dotes, quanq̄ Wesenbecio nost: o abundè
B contigisse

contigisse dubium non sit, nunc tamē latius Rhetorum
more pertexere nolo, tūm quòd hæc alij iam dudum
scriptis consignauerint, tūm quòd minima esse viden-
tur, quæ cum pluribus communia habuit, cetera ve-
rò commendationem & elogia illustriora & maiora
mereantur. Nihil dicam de honestissima & am-
plissima familia, quam Deus optimus max. tan-
to honore dignatus est, ut principis nostri benigna
voluntate suffragante, ex ea defuncti Wesenbecij
muneri, eruditioni, pietati, Vicarium agnatum suc-
cedere posse, schola & vniuersitas nostra prudenti
consilio statuerit. Nihil de opibus antiquis, & di-
uitiis honestissimis rationibus partis, quibus cumu-
latissimè Deus omnium munerum largitor istum au-
xerat: Nihil de nuptijs primarijs, & coniugijs fa-
cundissimis, ac, quam hæc conciliauerant, affinitate
præcipua: Nihil de amicitia, quam cum viris,
toto orbe terrarum celebratissimis sanctè & religiosè
coluit: Nihil etiam de rudimentis tyrocinijs & vir-
tutis incurabilis, quanquam & hæc excellentis na-
tura & admirandi ingenij non obscura fuerint ar-
gumenta. Sed consilium est, præcipuas & illustrio-
res animi dotes quàm breuissimè delineare: Non,
ut fieri solet in panegyricis, res paruas in maius at-
tollere, cum rerum ipsarum splendor & amplitudo
vin-

vincat & superet etiam eloquentiū facultatem: Non laudes fictitias & commentitias decantare: Cur enim aliquid comminiscerer, & fingerem de homine verissimas laudes merito, de viro aperto, & ingenuo, de mortuo? Na assentandi causa veritatem suppressere: quandoquidem, ut vera pro gratis loquar, & si meum ingenium non moneret, necessitas tamen cogere videtur. Ac cur assentarer mortuo? Cur assentarer viventibus, & piē defunctum lauderem? Ἡ χαλαρία ἐστὶ συνηθὴς μᾶλλον δὲ ἀδελφῆ τῆς ἀγβολῆς. Dabo igitur operam, ut omnibus, quae dicentur à me, libertas, fides, veritas constet, tantumq; à specie adulationis absit oratio, quantum abest à temeritate & arbitrij mei voluntate. Scholae enim consuetudinem & officij mei rationem has mihi dicendi partes detulisse, nemo est, qui nesciat.

Ceterum in tanta rerum varietate & copia, quid potissimum celebraturi sumus? Vnde exordium ducturi? Quando finem imposituri? Tàm numerosa haec gloria: tàm copiosa dicendi, commendandi, ornandi, extollendi, predicandi materia: tàm variis lautisq; dapibus instructa, conquisitisq; cibis extracta, ac quasi dubia mensa, ut quid deligere vel sumere, praecipuē conveniat, incertum planè, ambiguumq;

B ij

esse

esse videatur. Itaq; ut mihi ipsi certos fines & terminos ponam, tum & ut vos, velut à carcere, quid hic dicturi simus, cognoscatis, propensioriq; studio ac minori cum fastidio & tadio animos aduertatis, duo propono capita, quæ tractaturus sum. Dicam in primis de Vvesenbecio instructissimo Theorico: Dicam deinde de Vvesenbecio excellentissimo practico.

Et quidem quod de Theorica virtute diximus, illud referri volumus ad ingenij dona, quibus præ reliquis hic vir maximè ornatus erat, quæ insignia, excellentia, præclara, ac planè cælestia fuisse, neminem eorum, qui viro isto vixi sunt coràm & familiariter, negaturum esse existimo, cùm ex eruditissimis & politissimis monumentis, apud exteros quoq; hoc notum & per vulgatum sit. Si naturalem ingenij facultatem & bonitatem exactiùs perpendero, si insitas in animis vires diligentius reputaero, non quædam eximia & peculiaria dona, quæ non cuiq; contingunt: non præcipua & maxima, quæ paucis conceduntur: sed omnia penè in hunc virum diuinitus collata esse, statuo. Quantum sapientia illà naturali polluerit, norunt omnes, quibus datum fuit, audire viri prudentissimi sermones publicos & priuatos mira elegantia, & prudentia tinctos & imbutos, Experti sunt omnes, quos consilijs & aduocationibus
præclare

praclarè inuit, quiq; hunc litium & controuersiarum suarum arbitrum & iudicem nacti fuerant. Non enim sola iuris prudentia, si ingenij illa vis absit, Reipublica administrationi, & litium diiudicationi sufficere potest. Quin potius cum iuris etiam peritissimi, hac tamen ingenij bonitate destituti ad gubernacula admittuntur, vel caussarum notioni adhibentur, tum maxima & miserrima naufragia fieri, Respublicas non regi, sed dissipari, non constitui, sed euerti, controuersias non sopiri vel decidi, sed lites ex litibus seri, ingrati & publico & privato incommodo saepenumero experimur. Praterèa quem latere potest, praclara illa vis ingenij, qua praestantissimus hic vir recondita & clausa feliciter aperuit & euoluit? obscura & perplexa dextrè explicuit? incognita subtiliter excogitauit & inuenit? In manibus sunt vestris libri, summa & intentissima cura & solertia elaborati, qui vel soli & unici huius rei testes erunt omni exceptione maiores & immortales, & quidem inde apparet, quod praecipuò elogio dignum est, donis istis, quibus plurimi hoc tempore male utuntur, Wesenbecium nostrum optimè & sapienter usum esse. Non ibi animaduertere licet variam ingenij ostentationem, non inane contradicendi studium, non venditationes alienorum pro suis, non importunas

Et insulas reprehensiones: sed omnia composita, apta, aperta, candida, modesta, qua eo potissimum collimant, ut veritas qua omnis scientia finis est, in lucem proferatur, Et utilitatis fructus lectoribus praebeatur. Accedebat hisce dotibus memoria, ingenij custos, Et rerum inuentarum thesaurus, eaq; tenacissima, Et firmissima: Leges enim in numero habebat praecipuas, quas, cum de causis, ac controuersis iudicandum, vel consultoribus publico nomine respondendum esset, expedite promere solebat. Ac expressa lege deficiente, non generalibus rationibus Et regulis velitabatur: sed quod, teste Felin. eruditissimorum est Iureconsultorum, ex latissimis interpp. voluminibus, decisionem in terminis proferre sciebat. Sic Et cum in Sacrosancta scriptura testimonij mentionem incideret, quam fideliter non modo capitis, sed etiam versiculi vel sectionis, numerum indicauerit, Et allegaverit quibusdam ex vobis non potest esse incognitum. Quod praestantissima ac plane diuina memoria clarissimum indicium Et argumentum fuisse dubium non est.

Porro hisce naturalibus ingenij bonis, postquam disciplinarum cultura accessit, tum vero supra modum augmentum sumere Et incrementem ceperunt. Vetus quidem vox est: pluribus intentus minor est
ad sin-

ad singula sensus: sed non sat scio utrum *VV*esenbecij
nostri uberrimo et felicissimo ingenio, unica ars &
disciplina sufficere potuerit? De Marco Catone Por-
tia familia primo proditum est, quod triplici dote in-
signis usq; ad summum fuerit, optimus nimirum O-
rator, optimus Imperator, optimus Iureconsultus.
Huic *VV*esenbecius, si variarum artium cognitio-
nem spectaueris, optimo iure comparandus est, et
non modo comparandus, verum etiam anteponendus
videtur. Etenim non triplici, sed multiplici dote ex-
celluit. Non trium solummodo, sed plurimarum ar-
tium et scientiarum cognitione fuit instructissimus,
latinitatis purioris et elegantioris disciplinam ex-
actissime calluit, quam non à grandioris et horridio-
ris styli magistris, sed ex nitidissimis *M. Tullij* elo-
quentia parentis, scriptis hauserat et acceperat. Li-
teras *Græcas* tam probe tenuit, quam qui maxime.
Sed et rudimentis lingue sanctæ addiscendis, prouecta
iam etate, ipsum multum opera posuisse accepimus.
Philosophia quoq; eiusq; singularium partium, præcipue
verò illius, quæ præcepta de virtutibus, de *Oeconomica*
et politica gubernatione continet, perfectâ, solidam,
et omnibus numeris absolutâ noticiam erat adeptus.
Et ut paucis multa cõplectar, nihil ferè quod vel scitus
dignum videri posset, ita latuit *VV*esenbecium,

ut eius

ut eius cogitationem studio suo non pertentauerit,
usq; adeo ut nec artis medicae praecepta, quantum qui-
dem per studiorum principalium tractationem licuit,
sibi negligenda, ob valetudinis conseruationem, esse
duxerit. Testes huius rei erunt omnes, quibus cum
VVesenbecio familiaritas & noticia intercessit.
Ac si defecerint, VVesenbecius sui ipsius testis locu-
pletissimus produci potest. Expatiemini, iuuenes
cultissimi in VVesenbecij vestri orationum, carmi-
num, & aliorum operum agros, versicolore gramine
elegantissimè vestitos: Excurrite quasò in campos
diuerso flosculorum genere pulcherrimè variatos, ut
ipsimet hanc, quam diximus, variarum rerum copi-
am & ubertatem euidentius cognoscere, & aperti-
us perspicere queatis. Etsi autem hac dona quae enu-
merauimus magna, & laudabilia esse videntur:
Tamen duobus, praecipuè omnium maximis & in-
primis praestabilibus adeo excelluit, ut in admiratio-
nem sui & stuporem omnes ferè conuerterit, indeq;
nominis gloriam sibi pepererit immortalẽ. Unum
est diuinarum rerum & sacrosanctae Theologiae co-
gnitio eximia, Alterum artis aequi & boni, intelli-
gentia absolutissima & perfectissima: & quidem
quod de sacrosancta illa sapientia, sine cuiusquam in-
iuria, offensaq; diximus, citraq; inuidiam accipi pe-
timus,

timus, omnium bonorum consensione verissimum esse,
nec prolixiori demonstratione egere videtur. Incre-
dibile & tamen notum est pluribus, quanto hic vir
studio, quanta diligentia, industria, solertia & reli-
gione Bibliorum codicem euoluerit, perlegerit, ponde-
rauerit. Quanta auiditate caelestes sacra doctrina
fontes hauserit & imbiberit: Si testimonium requi-
ritis, comprobant hoc abundè & luculenter vel sola
interpretationes & annotationes margini Bibliorum
adiecta, qua vera & orthodoxa religionis ac pietatis
studium, diuinamq; quandam redolent sapientiam.
Excellentissimum illud Psalmorum Regij vatis opus,
& noui Testamenti libros, praereliquis unice exoscu-
labatur, amabat impensius lectitabat frequentius &
accuratius, perdidicerat penitus, uti apparet ex
varijs elogijs, qua codici suo manu propria ad-
scripsit: Sit liber hic vita, Cbriste benigne, mea:
Hoc in caelesti sit mea vita libro: vita mea sit in hoc
vita libro: Item, Magnum opus & lectu dignum
multoq; fauore:

Adiunxerat praterèa patrum & aliorum præ-
stantium in studio Theologico aut orum lectionem af-
siduam. Nunquam tamen, quod & D. Augusti-
nus faciendum monet, eorum literas, ut canonicas ha-
buit, sed ex canonicis considerauit, & quod in ijs di-
C unarum

uinarum scripturarum autoritati consentaneum
fuit, cum laude recepit, quod verò dissentaneum, cum
pace & salua honorificentia, qua illis debetur homi-
nibus, ea libertate, ad quam à Deo vocati sumus,
non accepit, sed respuit.

Unicum verbum Domini erat norma & regula,
ad quam, vt fidem, religionem & omnes actiones su-
as, ita & aliorum scripta dirigebat. Hac neglecta
nihil vnquam in diuinis rebus statuere, nihil de my-
sterijs Dei pronunciare vel determinare, nihil exco-
gitare ausus est: sed temerarium esse omne, quod
absq; hac à sapientissimis etiam & argutissimis pro-
feritur eloquium, iudicauit.

Quis hoc pium & religiosum studium in Iure-
consulto singulare, peculiare & mirandum esse non
dixerit? Quis non commendatione & imitatione
dignissimum esse existimauerit? Non hoc est falcem
in alienam messem immittere, vti nunc quidam cla-
mitant, qui implicitam fidem, quæ scilicet in placitis
ipsorum acquiescat, obtrudere nobis conantur: sed
hic omnibus seritur & metitur, Sementis pertinet ad
omnes, Messis ad omnes, ac si qui in hanc messem
falces suam, non immiserint, fructusq; demessue-
rint, illi in altera & cælesti illa vita perpetuà egesta-
te, inopia & fame prementur & laborabunt.

Verum

Verum quid nunc de juris prudentia dicam? Cuius cognitione praclarissimus VVesenbergius tantopere alios antecelluit, ut iureconsultorum Coriphæus, Lucerna, auriga, & moderator juris, optimo iure dici & appellari mereatur. Enituerè aliqui nostra & patrum memoria in foro, verarumq; litium diiudicatione, sed obsoleuerunt in scholis & auditorio innoxio, fictarumq; caussarum tractatione. Alios cognitio juris in cotidiano usu positi, & experientiarum omnium magistra, sed non germana, & vera jurisprudentiæ Romanæ notitia honestarunt. Multos tulit hac ætas antiquitatis fidelissimos magistros, & optimos subtilitatum explanatores, sed qui facultate de iure respondendi, quæ in hoc studio sola principem locum obtinere debet, planè destituerentur. At VVesenbergio nostro, quanta concordia, quantus concentus omnium laudum, omnisq; gloria contigit, ut nihil experientia & usui forensi docendi prouincia, nihil utilitati subtilitate, nihil recentium & assiduorum cognitioni, antiquorum & infrequentium intelligentia detractum fuerit.

Testes huius asseuerationis profero amicis familiares, collegas discipulis, profero consultores summos atq; infimos, profero principes, profero Respub. quæ hoc consiliatore iureconsultissimo usa sunt, profero libros,

In primis aureum illud paratitorum opus, consilio-
rum volumina elegantissima, commentarios, ad ju-
ris Institutiones editos, & reliquos omnes varia &
multiplici eruditione refertos, quibus nunc benefi-
cio optimi illius VVesenbecij utimur fruimur.

Adjicio deniq; grave & amplum testimonium,
quod in literis commendatitijs vir amplissimus &
grauissimus D. Ulricus Mordisus, pia recordatio-
nis, VVesenbecio nostro olim verissime tribuit, quodq;
ad confirmationem omnium eorum, qua haectenus
pradicauius multum pertinere & facere videtur:
In tua, inquit, scripta prudentia & eruditionis non
vulgaris plena incidi, eaq; tanta cum voluptate legi,
relegi, ut non tam singularis cuiusdam doctrina, qua
excellens pietatis, sanctissima & nunquam inter-
moritura monumenta admirarer. Apparet profe-
cto ex ijs, te in utroq; studiorum genere, & illo philo-
sophico, quo humanae mentis acies finitur, & altero
caelesti, quod extra supraq; rationis conspectum, à
à filio Dei, qui est in sinu patris, enarratur, pracla-
re & laudabiliter versatum esse. Et non tantum con-
siderando res illas sublimes, te diu multumq; ani-
mo agitate, sed experiendo etiam ad earum maie-
statem longius excurrisse, manifestum est. Quis
enim non videt, te in illo quasi concursu calamita-
tum,

tum, exilij, afflictæ valetudinis, orbitatis deniq³, mi-
seranda, fructus experientia spiritualis uberrimos
cumulatè percepisse? Qui non est tentatus qualia
scit? inquit Syracides, monens nimirum sapienti-
tiam veram & solidam non in ocio speculantium po-
sitam, sed in usu actionum, & frequenti illarum ex-
ercitio potissimum consistere. Et rursus in ijsdem
litteris: Seruij Sulpitij incredibilem in legibus inter-
pretandis, ijsq³ æquitate explicandis, penè diuinam
scientiam grauissimè, ut scis, collaudat Cicero, pro-
ptera quod ille non magis Iurisconsultus fuerit, quàm
iustitia, nec litium actiones constituere, quàm con-
trouersias tollere maluerit. Ego verò de te plura &
maiora possum predicare, qui propter doctrina ma-
turiore varietatem, usumq³ rerum elegantem, cum
paucis in hac palastra sudantibus conferendus, vera
etiam probitatis religionisq³ laude omnibus antepo-
nendus esse videris. Nemo enim tantis vigiliis,
tàm accuratè ac perspicuè iuris nostri limites coercere,
& huius æquitatem, cum mirabili quodam pietatis
temperamento potuit conformare, præter Vesenbe-
cium Iurisperorum Christianissimum, & Christiano-
rum Furisperorum. Neq³ verò hæc minus
verè, quàm amanter ad te perscribuntur, sed cum
ipse etiam ad hæc eloquentia & iustitia studia, quo-

dam natura instinctu traductus, in illis cognoscendis
industriam, in tractandis iudicium, in usurpandis ho-
nestam voluntatem adhibere voluerim, spero me de
aliorum in hoc genere excellentium praeclaris labori-
bus aliquid saltem posse iudicare. Cum igitur tuas
ad omnem posteritatem duraturas lucubrationes le-
gissim, te harum autorem, & ipse amare, & aliis
pradicare coepi: ut ita mea qualicunq; suffragatione,
& perpetuo de virtute eximia & acumine excellen-
tis ingenij tui testimonio, quam plurimos in tui ad-
miracionem charitatemq; excitarem. Haecenus
D. Mordisius, cuius testimonium luculentissimum
& verissimum, cum eleuari non possit, sed apud om-
nes fidem iustissimè mereatur, claudam primum, de
quo dicere institueram, locum, & quam breuissimè
ut temporis ratio habeatur, agam de altero capite, de
Vvesenbecio nimirum praestantissimo practico. Non
autem hic practicum virtutem intelligo solummodo
eam, quae ad juris & iustitiae administrationem &
dispensationem pertinet. Verum etiam vita insti-
tutum sanctissimum & verbo Dei consentaneum, ac
praecalam illam militiam, quam Vvesenbecius, re-
tinendo fidem, & bonam conscientiam, strenuè mi-
litavit, certamen istud honestum, quod laudabiliter de-
certavit, cursum vitae accuratissimum, quem rectissimè
consum-

consummauit, & quidem, ut de diuina Theoria praxi
primū dicam, pietatis studio Wesenbecius noster ab
meunte atate deditus fuit, cum Deo optimo maximo
statim in adolescentia suam illi gratiam impertire, ac
in ouile filij sui vnigeniti Domini & Redemptoris no-
stri Jesu Christi, per vocationē illum aggregare visum
fuerit. Labet hic inserere conuersionis historiam me-
morabilem & miraculosam, ut solent esse omnia ope-
ra Domini. Cum Wesenbecius Louanij operam iu-
ris prudentia daret, ac nec dum pontificiis tenebris ef-
set liberatus, erat ibidem quidam sartor utroq; lumi-
ne orbis, qui inuisere solebat egrotos, ut ex sacra scri-
ptura dictis, qua didicerat cōsolationem ipsis adhibe-
ret: Quod officium hominis pij caseis & pane remun-
nerabantur. Is à pontificiis harseos, quam vocant,
Lutherana insimulatus in carcerem trudebatur, qui
erat in Pomario urbis extructus, ita ut cuilibet ad illū
pateret aditus: hunc cacum in ergastulo Psalmos Re-
uerendi patris Lutheri planè diuinos, erecta & conci-
tata voce canentem Wesenbecius noster, cum reliqui
studiosi pila lusoria se in illo loco exercerēt, non citra vi-
ta periculū attentissimo animo sapè audiebat. Ac hoc
pietatis & constantia exēplo tandem motus, cepit Bi-
blia sacrosancta diligēt er euoluere, adhibita lectione li-
brorū à Domino Luthero & reliquis orthodoxis edi-
torum, quorum tum temporis copiam habere potuit.

Hac

Hac fuere pietatis initia, hac cognitionis veritatis
caelestis primordia, qua tempore procedente incre-
mentum magis magisque sumserunt, alluisionis in-
star, per quam ita aliquid adijcitur, ut intelligere
non possis, quantum quoquo temporis momento ad-
ijciatur. Qua similitudine ipsum VVesenebicum
quando in huius rei mentionem incidit vsum ef-
se accepimus. Sed adepta illa, Dei beneficio, plenio-
ri & solidiori verbi diuini intelligentia, dici non pot-
est, quanto opere studium illud pietatis, & reuerentia
erga Deum coluerit, fouerit, auxerit & confirmarit,
quamque serio ardentique caelestis patris semper quaren-
di, amandi, colendi, desiderio cor ipsius inflamma-
tum fuerit. Orationi habenda singulis plerumque die-
bus, quinque horas, matutinam nimirum, quando
cubitu surrexerat, nonam prandium antecedentem,
quartam pomeridianam, cum illa lectione vacabat,
& horas ambas usque ad octauam coenam subsequen-
tes impendere & tribuere consueuerat, quibus non
in publico, sicuti hypocritae ambitiosa precum ostenta-
tione hominum fauores captare solent, sed in concla-
ui suo, & in abdito apud Deum, cordium scrutato-
rem, interiore cordis affectum exponebat & effun-
debat. Hic vero non ex coniectura dicimus, sed ex
verissima rei cognitione confirmare possumus, piuum
illum

illum Wesenbecium in feruentissimis precibus suis
potissimum optimi patris cura, & providentia com-
mendasse afflictam & miseram patriam, Ecclesiam
per totum terrarum orbem dispersam, fidei domesti-
cos & martyres illos Christi, qui repudiat is errori-
bus pontificijs, veritatem Euangelicam profes-
si in Hispania, Italia, Gallia, & Belgis non solum pena-
tibus extruduntur, omnibusq; bonis exuuntur, ve-
rum etiam ad horrenda supplicia, ad ignes, rogos,
flammas inclementer ducuntur & rapiuntur. Hoc
enim erat argumentum, hac summa, & materia,
hac formula precum publicarum qua in orationibus,
sermonibus, & declamationibus solennibus uteba-
tur, quando ex schola consuetudine & more dicen-
di partes illi deferrebantur. Quid nunc memorem
fructus optima illius arboris? Quid germina am-
plissima pietatis, verissima fidei, & firmissima spei?
Hac si prolixius recensere & latius prosequi hoc tem-
pore vellem, tempore profecto citius, quam verbis in
ista causa destituerer. Charitatis officijs omnibus
preclare, defungebatur, non coniunctissimos solum
familiarius inuabat, non tantum charitatis officia
erga collegas, amicos, notos, vicinos exercebat, sed
etiam ignotos, inimicos, atq; adeo omnes, quod chari-
tatis Christianae regula postulat uno & sincero amo-

D

ris

ris affectu cōplectebatur: imprimis, quod hereditario quasi jure à patre acceperat, pauperum & egenorum inopiam liberaliter subleuabat, mandans & iniungens domesticis & liberis, ac ipse quoq; sedulo curans, ne mendicus quispiam absq; stipe ab adibus suis dimitteretur; unde non raro familiã, pauperum ante ostium praestolantium clamores non statim exaudiente, numulos & asses ex fenestra ipsemet projicere solebat. In ptochotrophia quoq; patria sua, Evangelicæ religioni addicta, aliquot reddituum annuorum donationem satis honestam contulerat. Verum pontificia tyrannide, qua pijs ibidem domicilium, et tranquillam sedes ulterius relinquere non videtur, & patria turbulento statu effectum est, ut quod primum animo hilari, & benefico elargitus fuerat, contristata postea & perturbata mente reuocare & retractare cogeretur. Quid dicam pluribus? Omnium piarum virtutum, chorum & familiam elegantissimam in hoc eximio viro vidimus, & cum admiratione ex variis argumentis cognouimus. Aderat crucis tolerantia, Patria enim calamitates, persecutioes, exilium, corporis afflictiones varias & diuturnas & alia infinita mala animo sustinebat, & ferebat patientissimo. Aderat temperantia, sobrietas, modestia, continentia, honestas. Quis enim vel unq̄ vixit continen-

tius,

tius, parcius, seuerius, honestius? Aderant castitas & fides coniugalis. Hanc enim paucis ante obitum diebus, me solo praesente, religiosissimè lachrimis largè profusis contestatus est, conquestus simul de malitia quorundam, qui nescio cuius sanctimonia simulatione, magnificis verbis vitam eius criminati fuerant, & in hominem innoxium petulantius crimen intenderant. Sed hos dies Domini iudicabit.

Aderat dictorum conuentorumq; constantia. A fraudibus quippè, fallaciis, imposturis & deceptionibus semper fuit alienissimus, ac promissis fideiq; seruanda & tuenda unice studebat. Aderat mera & incredibilis in studiis & laboribus functionis assiduitas & diligentia inuictissima. Hac cum adfuerit, colaudatur merito, quanquam si abfisset plus inde commodi, & minus detrimenti ad scholam & Rempublicam redundasset. Non enim dubium est, quin ingentibus laboribus, quos sine fine & modo pertulit, varios illos morbos, quibus affligebatur, sibi ipsi attraxerit, seq; tandem penitus confecerit. Sic enim habebat rationem Dei & proximi ut non haberet sui.

Quantum verò ad ciuilem illius studij praxin atinet, in hac quoq; honestè iustè & legitimè est versatus. Praefectus iudicis muneri ius & iustitiam unicuiq; incorruptissimè tribuit, nec unquam à veritatis

D ij

tramite

tramite vel prece, vel precio, vel gratia, vel simulta-
tè, se deduci vel dimoueri passus est.

Consultoribus responsa dabat non inania, non
ventosa, non absq; iudicio confarcinata, sed graua
& exiure deprompta, veritati, iusticia & equitati
consona. Caussas & lites, quarum patrociniū
& aduocationem susceperat, bona fide tractatas, re-
ctissimè ad votum plerunq; clientum expediebat.
Non data opera magno litigatorum incommodo
negotia temerè protrahebat, sed promouebat diligen-
tissimè, ita tamen ut nec precipitauer festinare, nec
morose tardare videretur. Vtrumq; enim in causa-
rum tractatione progrediendi morem cum periculo
coniunctum esse prudenter iudicabat. Unde factum
est, ut precipui Principes, Comites, Barones, Nobiles
ac ciues primarij in causis maximi momenti, aduo-
catum, sibi & patronum illum delegerint, eiq; annua
salaria constituerint, quarum obuentiones ad ma-
gnam pecunie summam quotannis redisse credibi-
le est, sed hac, ut tempori seruiam, abrumpere nunc
cogor.

Postremò cum hac omnia verissima sint, fieri ali-
ter non potuit, quàm ut pium illud vitæ institutum,
accuratamq; morum rationem, mors quoq; placida,
tranquilla & sancta tandem insequeretur. Hæc fuit
ultima

ultima illa praxis Theologica : Hic postremus agón,
 quem Vvesenbecius noster sanctissimus ille pugil
 Christi summa cum laude pietatis, & fidei, reli-
 gionisq; illibata constantia planè heroica fortiter su-
 stinuit. Sic enim Deo placet, ut qui olim in cælo co-
 ronandi sunt, certamina prius in terris obeant, nec
 triumphant nisi superatis belli difficultatibus, & par-
 ta victoria: Certandum est, nulli veniunt sine Mar-
 te triumphi. Quis hic numerabit pios illos gemitus,
 suspiria, preces, lacrimas? Quis vota illa intentissima
 & ardentissima recensabit? quibus placidam ex hoc
 mundo ad cælestem vitam migrationem unice à Deo
 expetebat. Quis referre potest dicta scriptura sacro-
 sancta omnia, qua ut fidem suam testatam faceret
 omnibus, seq; in tentationibus sustentaret & erigeret,
 crebrò in ore habuit, ut illud Paulinum ad Romanos:
 ταλαίπωρος ἔγω ἀνθρώπου, ἡς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τῆς θανάτου τῆς τέτης; διαχριστῶ πάλαι, ἀπὸ Ἰησοῦ χριστοῦ τῆς κυρίας ἡμῶν.
 Et 2. Corinthios 1. signavit nos, deditq; Arrhabo-
 nem Spiritus in cordibus nostris, per quem clamamus
 Abba pater. Psal. 73. Ego stultus sum & nihil intel-
 ligo & bestia factus sum coram te. Sed ego semper
 tecum, tenuisti manu dextram meam, & in consilio
 tuo deduxisti me, & cum gloria suscepisti me, Job. 11.
 Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me non mo-
 rietur in aeternum, Iob. 14. Ego vivo & vos vivetis,

D ij

Psal.

Psal. 139. Quo ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Psal. 145. Propè est dominus omnibus inuocantibus eum, in spiritu & veritate, voluntatem timentium sese faciet, & deprecationem eorum exaudiet & saluos faciet eos &c. Hæc & similia innumera scripturæ testimonia, quanto cœlestis illius ^{ωλιμύματ} desiderio, quanto zelo, quanta fiducia erga Mediatorem suum recitauerit, repetierit, iterauerit, testabuntur omnes illi qui vel semel pium illum Wesenbecium officij seu amicitia causa, diebus proximè obitum ipsius antecedentibus accesserunt. Sed & cum vox deficere & lingua titubare inciperet, me presente & multis aliis fide dignis adstantibus, se in sanctissimo fœdere esse Domini nostri Jesu Christi, perspicua voce professus est. Ac ità tandem fidelis ille domini seruus, vir optimus, Iureconsultus incomparabilis animam suam Deo conditori reddidit, qui nunc in regni sui quietem ipsum recepit, & abstergens ab oculis eius omnem lacrimam, stola gloria & letitia ipsum induit, deliciarum suarum inenarrabili suauitate pascit, ac felicitatis suæ participatione dignatur.

Hæc Magnifice D. Rector, Principes illustrissimi, Viri clarissimi, Iuuenes ornatissimi, de vita & obitu Matthæi Wesenbecij, in tanta occupationum & negociorum meorum varietate & multitudine
dicere

dicere potui. Quæ et si paria non sunt sermonis argu-
mento amplissimo, paria tamen sunt viribus meis, &
paria etiam ut opinor breuissimo temporis spacio,
quod ad meditandum mihi fuit concessum.

Quibus pro coronide subijcere lubet Epitaphium,
quod D. Wesenbecius pia & sancta recordationis,
sibi ipsi ante obitum suum composuit.

Matthæus placida sopitus pace quiesco,
Iusticiæ & iuris prece Wesenbecius.
Vita mihi studium fuit, impensiq; labores,
Et dolor & gemitus assiduæq; preces.
Iova pater miserere mei, miserere meorum.
Solius in Christi sanguine nostra salus.

DEV M omnipotentem & aeternum patrem Do-
mini nostri Jesu Christi ardentibus, precibus in-
voco, ut nos in veritate sua sanctificet, faciat ut unū
in illo sumus, ac dilectione illa nos diligat, qua filium
suum unigenitum dilexit, sit in nobis, & colligat ac
protegat semper inter nos Ecclesiam, & nos in ea cle-
menter seruet, ut laudes eius annunciare, & sanctissi-
mo nomini ipsius benedicere possimus in se-
cula seculorum, Amen.

D I X I.

Præsen-

Præsentatio.



Larissime D. Doctor, Decane spectatissime, collega, compater, & amice colende. Extant Diuorum Imp. Iuliani, Theodosij & Valentiniani constitutiones, qua prohibent ne ij qui docere volunt repente vel temere ad hoc amplissimum munus profiliant, sed ut iudicio ordinis probati, optimorum conspirante consensu decretum curialium mereantur. Quam ob causam sapiens antiquitas morem decernendi dignitatis scholasticae gradus instituit, certasq; morum, iudicij, & eruditionis explorationes ordinauit, non tantum ut bene merentibus premia virtutum tribuerentur, verum etiam ne Respublica & Schola hominibus in exploratis functiones & docendi munera commendando, detrimentum aliquod caperent. Et hunc morem vel eo solum nomine maximè commendabilem hucusq; in vniuersitate nostra sartum teetum conseruauimus.

Cum igitur tres candidati nostri ornatissimi & Doctissimi D. Nicolaus Claudius Reualiensis Livonus. D. Johannes Mullerus Quedelburgensis Saxo. D. Liberius Hoffman de Friderichsroda Thuringus, publicum à nobis petierunt testimonium, &
ad

ad tentamina, examina, disputationes publicas, Et
alia id genus exercitia admissi, ita secesserint, ut om-
nes nostri collegij Doctores illos dignos iudicarent,
quibus honorificus Licentia gradus in utroq; iure
conferetur, Idcirco à tua spectabil. Dign. meo & col-
legeij nostri nomine summoperè & officiosè peto, ut
pro summa autoritate qua in presenti fungeris, his-
ce candidatis nostris assumendi Licentia gradum,
& deinceps aliquando ad suprema Doctoratus in-
signia aspirandi facultatem, & potestatem tribuas
& benigne largiare. Quod si prestiteris, à tua S.
D. maximo se affectos beneficio ultrò fatebuntur, ac
indubitatò operam dabunt, ut gratitudinem debitam
tibi & toti nostri ordini, omni vita tempore re &
facto comprobare possint. Ego quoq; faciam ut intel-
ligas mea tibi rursus studia & officia quolibet loco,
& tempore promptissima & paratissima fuisse.

RESPONSIO DECANI DOCT.
IOHANNIS LIMMERI, AD PETI-
ONEM A DOCT. ANDREA RAVCHBARO
nomine Candidatorum insti-
tutam &c.



Larissime D. Doctor, Collega, compater &
amice plurimum colende, Quod parentatio-
ne solenni, grati discipuli munere functus sis,
E erga

erga pios manes Excellentiss. & Immortali laude dignissimi Viri, D. Matthai Vvesenbecij, Iur. Vt. D. & in hac Acad. quondam Professoris celeberrimi cuius insignis pietas eximia eruditio & praclara virtus nota est, non tantum huic Academia, sed & toti Germania, ac exteris quoq; nationibus: In eo sane laudem & ipse plurimam mereris, & predicabunt etiam alij, qui sanctissimi huius viri opera & doctrina vsi, adq; gubernacula Reipub. & Exedria LL. obtinenda euecti sunt, & adhuc magna cum laude eadem tuentur.

Gratulor verò & ego quoq; mihi qualemcumq; nunc offerri occasionem declaranda gratitudinis & perpetua memoria optimè de me meriti praeceptoris, ac publica testificationis loco, ea referendi, quae & pietas à me requirit, & huius viri in me merita efflagitant & postulare videntur.

Non dubito etiam, quin excusationem merear apud omnes bonos & ingenuos, quod affectu maiore ducar, erga piè demortuum, quoniam ipsius vita curricula non minima pars, ex domestica consuetudine, mihi probè cognita & perspecta fuit, & nunc etiam testis iurans esse possem multarum actionum, adeoq; exercitiorum domesticorum, quibus & pietatem, & in religionis confessione constantiam erga Deum, & sanctam

sanctam ac illibatam fidem erga omnes, quibus cum
vixit, & versatus est, probare studuit.

Vicesimus enim annus nunc agitur, cum à Clarissimo
& Doctiss. Dn. Joachimo Camerario piarecordatio-
nis, viro aeterna memoria et laude dignissimo, ac de me,
hanc ipsam ob causam, benè merito, cōmendationē mi-
hi data, in D. D. Wesenbecij tunc temporis in Acad.
Jenensi Professoris primarij noticiā venerim, qui me
tunc quasi in cunabulis LL. versantem expoliendum
& informandum etiam inter priuatos parietes susce-
pit, & toto deinceps tempore, etiam in hac Acad. tan-
to fauore me complexus est, ut penè paterno erga me
affectu duceretur, & hunc re ipsa quoq; declararet.

Nam, ut de aliis in me collatis beneficiis iam
non dicam, vnius saltem, eiusq; maximi iam men-
tionem facere libet, Cum non multis ab hinc annis,
collega, in docendi munere in hac Acad. & ad com-
munem laborum in scabinatu, ut vocant, societa-
tem, cooptandus essem, tum ex aliorum praepto-
rum meorum obseruandissimorum, tum verò ex il-
lius sententia, quò beneuolentia & necessitudo ar-
ctior ex priuata & quotidiana vitæ consuetudine,
in me redundaret (quod quidem & ipsum, Deo
sic ordinante, non in postremum felicitatis lo-
cum colloco) prouincia illa mihi demandata fuit.

E ij

Merito



Merito ergo, si unquam alij constare illius vita rationes et actiones possent, mihi tanquam domestico cognita esse deberent. Quoties enim recordor, ipsum preces & vota ad DEUM, pro salute & incolumitate Ecclesia & patria fundentem, sublatis in caelum oculis & manibus, me audiuisse. Quoties suspiria & gemitus ex intimo cordis affectu non sine lachrymis emanantes illius reminiscor; stupore quasi quodam confundor, et sensus torpère videntur, si ad aliorum in hacre somnolentiam et negligentiam comparatio et collatio fieret.

Nec verò tantum domestica illius consuetudo exemplar fuit et imago Ecclesiae, et is tanquam templum Spiritus sancti, in quo sua luce inhabitaret, sed et aliis ad pietatem colendam sedulo autor et suavor fuit, Id quod testantur monumenta et libri, non de humani tantum, sed et diuini Iuris, et caelestis philosophiae tractatione pleni et referti: Quis quaso illius virtutem incomparabilem, eximium animi candorem, et vitam sanctimoniam, meritis laudibus satis euehere ac extollere posset? Ornamentum certe fuit huius Academiae maximum, ut propter raram, et admirabilem illius eruditionem, Et in prouehendis sacrae Iurisprudentiae, civilisq; disciplinae studiis, respub. literaria, adeoq; studiosi omnes, et vniuersa Euro-

Europa, ei iam piè demortuo multum debere videatur.

Testantur id, et documento esse possunt interpretationes et grauiſſima reſponſa ad præcipuas et obſcuriores Iuriſciuilis partes, ſumma cum laude et admiratione ſcripta diligentiffimè, et elaborata ſolertiſſimè, quæ Doctõrum hominum manibus, cum magna illius nominis celebritate et claritate leguntur, verſantur & circumferuntur, adeò etiam, ut ceteros omnes, qui hæcenus ſcripſerunt ſuperare, & ad Cleanthis lucernam exarata illa videantur omnes.

Quid memorem ipſius indefeſſum ſtudium, & diligentiam ſummam & incomparabilem, & labores in exhaustos, quos in ingenij monumētis conſcribendis impendit, ut nulla valetudinis commoda & ſanitatũs ratione habita, penè in eo vnicè committere aliquid videretur, quod manum, ut eſt in prouerbio, de tabula tollere neſciret? potiùs verò ſtudioſi adoleſcentes & ſectatores Iuriſprudentiæ, monendi ſunt, ut ſi non perſimili & æquali, ſaltem aſſiduitate & attentione animi, non infrequenti, ſtudia excolant, & induſtria ſua, impedimenta naturæ, ſi quæ obſint, ſuperare nitantur.

Sed cum in vita ſanctimonia præcelluerit, & exitus placidus & quietus ei feliciter contigerit, ac

nunc ei parca quies sit, nec nos eum reuocare valeamus, eius iacturam, siquidem DEO sic placuerit, moderatè feramus. Et speremus hanc quodammodo refarciri posse, substituto nunc eiusdem familiae & nominis Viro præclarissimo ipsius defuncti agnato & gratitudinem nostram, erga de mortuum etiam in posterum declaremus. Meminit alicubi Cicero, se constituisse Iuris civilis scientiam in artem redigere, dum ius illud in genera digerat, & eorum generum membra dispertiat, & vim propriam definitione declaret. Hic certè noster Vesenbecius is est, qui sopitum quasi Juris prudentiae lumen excitauit, & in pristinum splendorem, ius in artem redigendo, restituit.

Laudatur item ab eodem Seruius Sulpitius, qui pro breui vita, diuturna memoria dignus, non magis iuris fuit consultus quàm Iustitia, & ob id statua, quæ vitæ gloriosa testis esset, honorandus, sed si communis nostri præceptoris merita perpendas, incorruptus illius in pietate, & semper sibi usq; ad finem vitæ constans animus, diligentia, industria & integritas in priuata vitæ, prudentia & iustitia iniure reddendo, quæ nullo nec pretio, nec periculo, à veritatis tramite dimoueri potuit, faciet sanè
ea,

ea, ut immortalitatis perpetua laude, nomen illius vigere, celebrari & extolli apud omnes bonos debeat.

Quapropter laudent alij suos Scauolas, Africanos, Papinianos, & alios complures. Hunc nostrum Matthaeum Wesenbecium non solum Germani, sed & Itali & Galli mirantur. Suspiciunt & venerantur, propter restitutam ciuilibus philosophia lucem, & redditum eidem splendorem.

Causa igitur satis euidens & grauis in manibus est, cur merito deploremus immaturum obitum huius tanti viri, neq; solum illius, verum etiam subsequutam heu intempestiuo tempore mortem, viri praecellentis. & Iurisconsulti exercitatisimi, D. D. Michaelis Teuberi ordinarij & praeceptoris nostri obseruandissimi, qui non multis post Wesenbecium nostrum septimanis, & ipse rebus humanis exemptus est, sine quidem pio, religioso & placido, sed non sine malo omne, & maxima Acad. huius & collegij nostri iactura, cuius amorem in me singularem vereq; paternum ante aliquot annos, tum domestica consuetudine ipsius, tum etiam postea oberrima expertus sum. De cuius praconio & laudibus aliquandò tempore commodiori, peculiaris institue-

instituetur oratio, ut & huic summo viro, de hīs regionibus, & de hac Acad. optimè merito, iusta persoluantur, & debitum gratitudinis officium à nobis praestetur. Dolor ingens hac nunc expressit meminisse saltem &c. Nunc ad id, quod in praesenti urget, accedo, Et ad petitionem tuam amantissime D. Collega, me conuerto.

Laudabile prorsus institutum est, ut certa aliqua nota designentur, quorum opera Respub. in obeundis muneribus vel artibus exercendis tutò uti queat. Inprimis verò non laudabile solum, sed & utile est, ac necessarium, ut quisq. qui docere, aut de iure respondere vult, non repente, nec temerè prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus, (Id quod & tua Excell. modò allegavit) decretum Curialium mereatur, optimorum consensu conspirante, ut Imp. Julianus ait. Quò enim maioris momenti & periculi est tantæ rei, quàm vilium artificiorum professio, (ad quorum tamen exercitium nemini in bene constituta politia accessus datur, nisi antè ab eiusdem generis magistris sit exploratus & approbatus) Eò magis interest Reip. cautionem illam adhiberi: Quamobrem rectè & ordine fieri censeo, quod hi nostri candidati viri ornatiss. per legitimos tramites ingressi, hoc est, & censura collegij nostri explorati, & publica

blica disputatione, & industriam, profectumq; suum
in iuris studio praclarum, liquidò testati, nunc palam
approbari, & publico testimonio honorari petunt, in
eoq; obtinendo tua intercessione, favore & studio
utuntur.

Ego verò admodum iniquus censor in ipsos vi-
deri possem, si ipsorum voto & tua honestissima peti-
tioni intercessioniq; annuere recusarem: Nam ut
mittam decretum placitumq; collegij nostri, Fas &
aequum profectò postulant, ut debitum preconium &
suis honos, completis laudabiliter studiis, hisce can-
didatis tribuatur, cum ut susceptorum laborum, be-
neq; temporis, ac opere collocata pramium ferant,
tum ut alij similium honorum pramiorumq; amplitu-
dine, ceu quodam stimulo excitati, cupidius alacri-
usq; idem iter atq; studium consectentur: Verissi-
mum enim est, quod Vlpianus noster, Solonem legis-
latorem sapientissimum secutus protulit: Homines
bonos effici, non solum metu pœnarum, verum eti-
am pramiorum exhortatione.

Quoniam igitur non modò nihil impedimento
est, cur non debeant hi ornatissimi Candidati, desi-
derij ac voti compotes fieri, tuaq; intercessionis &
commendationis fructum sentire, Verum etiam cau-

F

sa com-

sa complures suadeant, id, ut sine longiore mora &
cunctatione executioni detur, Iam aperte testor & af-
firmo, me tibi planè assentiri: Ideoq; ex singulari po-
testate, nomine Illustrissimi & potentissimi Principis,
ac Domini Domini CRISTIANI, Ducis Saxonie,
Sacri Romani Imperij Archimarschalli & Electoris,
Landgrauij Thuringia, Marchionis Misnia, &
Burggrauij Magdeburgensis, Dn. mei clementiss.
Ab Illustriss. Cels. ipsius, in hac Acad. Cancellario,
Reuerendo & Clarissimo Viro, mihi concessa, &
pro ea officij mei auctoritate, qua in presentia fun-
gor, tribuo tibi facultatem, ut institutum tuum per-
sequendo, hosce candidatos, Viros ornatissimos &
eruditissimos, Dn. Nicolaum Claudium Reualien-
sem Liouonum, D. Johannem Mullerum Quedlin-
burgensem, & D. Liberium Hoffman de Friderichs-
roda Thuringum, honorifico Licentia gradu, quem
vocant, ornes, eosq; in Licentiatos Virusq; Iuris
promoueas, & promotos publica voce renuncies,
ijsq; potestatem des & auctoritatem legendi, respon-
dendi, docendi, publicè disputandi, dubia declaran-
di, & interpretandi, tam in iure Canonico, quàm Ci-
uili tam hic, quàm alibi (secundum tamen cuiusq;
loci leges & statuta) deniq; & Doctrina in utroq;
Iure titulum & dignitatem, aliquando pro cuiusq;
occasione,

occasione, assumendi: In eo exequeris faciesq̃, quod
Et tua persona dignum, Et à Collegio nostro semel
gravi consilio decretum est: Nec dubium mihi ul-
lum facio, quin hi ornatissimi Et doctissimi Viri, ac-
cepti tanti beneficij memores, eo erga Collegium no-
strum, Et tuam nominatim personam, animo sint
perpetuo futuri, quo gratissimi homines, erga optime
meritos esse solent. Quod ut DEVS propitius faxit
Et hunc ipsis honorem bene prospereq̃ euenire velit,
oro precorq̃, cumq̃, vobis perspectum sit Et cogni-
tum, duo esse precipua Et summa bona in vera Ec-
clesia, Et omni honesta societate, Veram Dei agnitio-
nem Et celebrationem, Et reetam secundum LL.
viuendi rationem. Pro officij mei ratione sedulo
vos adhortor, monitosq̃ volo, vt consilia vestra,
actionesq̃, vniuersas, ad aeterni Dei gloriam, Et ad
conseruationem ac propagationem Doctrinae cae-
lestis, Ecclesiaeq̃, protectionem referatis, Et in con-
trouersijs dirimendis, diiudicandis, decernendisq̃,
antè omnia salutis publ. rationem habeatis, Et alie-
ni sitis à calumnijs Et omnibus sophisticis elusioni-
bus, ametis iusticiam veritatem Et pacem, Et co-
gitetis, non hominis vos, sed Dei iudicium exer-
cere.


F ij

Filius

Filius DEI, Dominus noster JESVS CHRIS-
TVS, sine cuius ope & presentia nulla humana sa-
pientia felix est, regat vos, & totius vita vestra
cursum gubernet, ut sitis vasa misericordia, & in-
strumenta Ecclesie, Scholis, ac reip.
semper salutaria.

D I X I.

Renunciatio.

vod igitur in Dei omnipotentis gloriam,
Ecclesie salutem, Et Reipublica incolumita-
tem cedat, ac cum inclyta huius schola feli-
citate publica verstraq; dignitate & utilitate coniun-
gatur, ego auctoritate, & potestate, quam ex conces-
su Casareo & nostri ordinis in hoc augusto loco habeo,
vos tres viros eruditissimos, & te nominatim Dn.
Nicolaum Claudium, Te D. Johannem Mulle-
rum, Et te D. Liberium Hoffmannum. Licentiatos
utriusq; iuris creo & renūcio, ac facio vobis potesta-
tem petendi & assumendi summum Doctoratus in
utroq; iure gradum. In nomine Patris, Filij &
Spiritus sancti. Quam sanctam & indiuiduam
Trinitatem veris gemitibus & toto pectore inuoco ut
huic

huic honoris vestri accessioni, & omnibus vestris conatibus & accessionibus clementer benedicere velit, Amen.

Nunc superest ut vos Nouelli Licentiati eruditionis vestra legalis specimina quadam, & documenta publica, in hoc amplissimo loco exhibeatis, & ostendatis. Tu ergo ornatissime D. Licentiate laudi respondebis ad hoc difficultate plenu^m *quæstio*. Utrum dissensus circa causam dandi, & accipiendi interueniens dominij translationem impediatur.

RESPONSIO,
NICOLAI CLAVDII, RE-
VALIENSIS, LIVONI,
I. V. L.

Nemini in hoc confessu amplissimo ignotum, vel dubium esse arbitror, inter alias polyticas ordinationes certam dominiorum distinctionem haud postremas partes obtinere; utpote qua in^a sacris literis fundata, ipsoq^{ue} omnium gentium iure Hermogeniano^b teste introducta sit. Unde non immerito Sacratissimi Romanorum Imperatores tam diligentem operam posuerunt per Jureconsultos suos, quorum scientia, uti

^a
Genes. 10.
vers. 59.
Item, Non
furtum fac.
&c.

^b
in l. 5. ff.
de iust. &
iu.

F iij

Imp.

^e
in auth.
Habita. C.
ne filius
pro patre.

*Imp. Fridericus^e ait, totus illuminatur mundus, va-
rios dominij acquirendi modos passim tradendo, ut
inter alia totus tit. Pandectarum qui inscribitur
de acquirendo rerum dominio luculento nobis argu-
mento esse potest. Verum enimvero cum inter omnes
de quibus in uniuerso isto tractatu agitur nullus sit
frequentior modus, nullusq² efficacior, quam ille qui
per traditionem celebratur, adeo ut traditionibus &
usu capionibus rerum dominia acquiri Imperatores
Diocletianus & Maximianus absolutè rescribere
non dubitauerint: factum quoq² inde est, ut sunt ho-
minu ingenia, ut is omnium sit factus hinc inde sub-
ortis dubitationibus intricatior, tantaq² circa eum
emerferint dubia, ut Imperatoria indigere decisione
haud iniuria multa videri possint.*

^d
in l. tradi-
tionibus
20. C. de
pactis.

^e
in l. Nun-
quam. 31.
ff. de ac-
quir. rer.
dom.

*In primis autem cum Iureconsultus Paulus^e re-
sponderit; Nunquam nuda traditione dominiu trans-
ferri, sed ita si venditio, aut alia aliqua iusta causa
praeceperit propter quam traditio sequeretur; grauissi-
mam inde controuersiam illam apud Doctores exor-
tam videmus: An idcirco necessarium sit, ut uterque
tam tradens quam accipiens in eandem causam con-
sentiat? vel si aliter fiat, tota traditio ob id inualida
reddatur? quam questionem vnam de difficilimis in
toto ff. nouo pronunciat Paulus de Castro interpres
L L. pra-*

L. L. *præstantissimus*. Proinde cum pro recepta laudabili consuetudine, usitatoq; in publicis & solennibus huiusmodi graduum renunciationibus more, mihi in præsentia materia aliqua juris pertractanda incumberet, non sine graui consilio *Clarissimorum* & *Consultissimorum* virorum, Duorum Antecessorum in inçlyta facultate *Iuridica*, Præceptorum nostrorum summè colendorum, factum existimari debet, quod de ista non minus utili quàm difficili questione in illustrissima hac corona, dicendi mihi prouinciam imposueris, *Vir clarissime*, *Consultissime* Dn. Doctor, Promotor designate, & multis nominibus dignissime.

Tantum itaq; abest, ut licet non sim ignarus, quàm sit mihi domi curta supellex, ut ille loquitur; quamq; sint impares humeri mei oneri isti ferundo, tantum tamen (inquam) abesse debet, ut huic tuo iussui non libenter obtemperem, ut quod quàm maxime, præsertim cum in magnis (ut cecinisse Propertius laudatur) & voluisse sat est, nec non præclare Sophocles dixit: ἀναρχίας μείζων ἄρα ἐστὶ κἀρανθὺς, ἀντὶ τοῦ λειπῆν ὄλκυσιν ἢ ἀναστάτας ὅμους ἰδῆσι. Sed ne diutiùs quàm par est in ipso tractationis vestibulo omnes detineam, cum primis Magnifice D. Rector, Illustrissimi Principes, domini mei longè clementissimi,
Genero-

Generose Baro, Nobilissimi, Strenui, Reuerendi, Cla-
rissimi, Consultissimi, Excellentissimi, Prudentissimi,
atq; Humanissimi viri, Iuuenes Nobilissimi, Orna-
tissimiq; vos omnes & singulos ea qua debeo animi
subiectione et obseruantia rogo atq; obtestor, ut quan-
doquidem exploratum habetis me non temeritate
mea, sed legibus ac consuetudine huius celeberrima
Academia, non vana alicuius gloriola captanda ra-
tione, sed iusta dominorum praeceptorum exequendi
studio compulsus, has praeduras dicendi partes (quas
detrectare nisi summè & impudenter ingratus non
potest) in presenti capessere, non tam ob virium imbe-
cillitatem dicentem, quam obedientia & gratitudi-
nis ergò dicere conantem vestra singulari benignitate
prosequi, sollicitaq; clementia subleuare non dedigne-
mini. id quod de summa V. Magnif. Inclytarum
Celsitudinum, Generositarum, Strenuitatum, Reue-
rendarum dignitatum, Eximiarum Excellentia-
rum, Humanitarum deniq; omnium, cognita virtu-
te, clementia, fauore, & beneuolentia singulari eti-
am mihi polliceor atq; etiam.

Omissa itaq; omni verborum anfractu rem ip-
sam tuo salutaris imprimis implorato auxilio Iesus
Christe fili Dei, Immanuel noster, tuaq; subnixus
omnipotenti gratia aggrediar.

Quaestio-

Questionis propositæ summa, ni fallor, hæc est:
An, quia *inter alia ad translationem dominij per mo-*
dum traditionis omnium reliquorum & nobilissimæ
& perfectissimæ requiratur & quidem maximè,
vt iusta sublit tradendi caussa, necessarium quoq; omni-
nò sit, ut uterq; tam tradens quàm accipiens in eandem
causam consentiat? vel alterutrius error eam impedire,
& sic de jure inefficacem traditionem reddere valeat?
Spinossissima certè hæc est questio, & salebrosis DD.
commentariis multò reddita intricatior, aliis hoc,
alijs illud, vel contra vel præter etiam LL. Sacra-
rum præscripta statuentibus. Nos ut breuitati, tem-
poris redimendi gratia, studeamus, omiſſis DD.
commentationibus ex ipsarum LL. veritate veri-
tatem eius eruere conabimur. Te itaq; inprimis
ante omnes ex Iuris nostris Magistris sententiam in
arduo hoc dubio rogo Juliane Iureconsulte subtilissi-
mè & acutissimè, tu siquidem præ cateris de hoc tra-
ctasse penitus plenius q̄, definiuisse rectè videri pote-
ris. quid quaeso statuis? Non requiri ad eò, neq; protin-
nus, ni fallor, fore inefficacem traditionem, etiamsi
uterq; in eandem causam non conueniat: Sic enim
verba rescripti tui sonant, in l. 36. ff. de acqui. re. dom.
Cum in corpus quidem, quod traditur, consentiamus,
in causis verò dissentiamus; non animaduerto, cur in-
efficax sit traditio. quid? *non animaduertis Juliane?*

G

Nonnè

^a
in l. in om-
nibus ff.
ff. de obl.
& act.
b

in l. 37. ff.
de acquir.
rer. dom.
c

l. si per er-
rorem ff. de
iurisd. om.
Iud. l. Ni-
hil. S. si. ff.
de orig.

Tur. l. con-
sensisse.
de iudicis.
d

l. sed hoc
ita. ff. de
aqua plu.
arc.
e

in d. l. cum
in corpus.

Nonne dissensus consensui contrarius rem effectui dari vetat? ut rectè *Javolenus* respondit. quin? annon error obstabit? de quo liquidò paulo^b ante affirmasti errantem nimirum rem suam emittere neminem? Quoties ex tua sententia *Vlp.* scribit eos^b qui errant^c non consentire? Et *Pomponius*^d errantis nullam esse voluntatem? Sed hac omnia te bene de corpore, non autem aequè de causis accipi velle quis non videt? quomodo? probas id exemplis non unius generis: Si ego credam^e ais, me ex testamento tibi obligatum esse, ut fundum tradam: tu existimes ex stipulatu tibi eum deberi: Vel: si pecuniam numeratam tibi tradam donandi gratia, tu eam quasi creditam accipias: constat proprietatem ad te trāsire. Nec impedimèto esse, quod circa causam dandi atq; accipiendi dissenserimus. **DEVS BONE?** quid hoc responso clarius? quid distinctius? quid elegantius? imò quid penè dixerim facilius? vnus nisi *Vlpianus*, *Iureconsultus* ille praestantissimus què ipse *Imp.* egregium *L.L.* verticem non dedignatus est appellare, totis negotium conturbasset, planè ex diametro (ut videtur) contrario in lucem edito responso. quod sic se habet in l. 18. de reb. cred. Si ego pecuniam tibi quasi donaturus dederò, tu quasi mutuam accipias: *Iulianus* scribit, donationem non esse. sed, an mutua sit,

fit, videndum: Et puto, inquit, nec mutuam esse:
magisq; nummos accipientis non fieri, cum alia opi-
nionem acceperit &c. Neq; sanè sine ratione ita re-
spondisse existimandus est: Nam cum superioribus
nonnullis capitibus in eod. tit. Ulpianus naturam
mutui contractus luculenter expressisset, nimirum
eum non nisi re fieri interueniente, idq; iam extra
omnem dubitationis aleam positum videret, con-
sequenter statuit porro inculcandum esse, hinc mini-
mè concludendum, quasi consensus excluderetur vel
non aequè desideraretur; ex professo itaq; in hac lege
de consensu, quo nullus^a contractus carere potest,
agere voluit, ostendens non sufficere ad hoc ut pe-
cunia qua data est mutua sit, si tantum is qui de-
dit, dederit ut mutuam, nisi & is qui accipit, in
eandem causam consentiat, & ut mutuam acce-
perit. quippè cum consensus non sit vnius tantum
voluntas dantis scilicet aut accipientis, sed duo-
rum simul dantis & accipientis in eandem causam
& eandem rem consentientium, similiter ut con-
uentio & pactio. Et ut explicatius doceat in hoc dis-
sensu in utramque causam quam animo sibi fin-
gunt contrahentes, penitus nihil agi: non tantum
id proprium esse mutui, sed exemplis etiam declarat

^a
l. i. §. i. ff.
de pact.

G ij perti-

pertinere ad omnes contractus & ad omnia negotia
quæ re b. e. rei traditione & acceptione inter aliquos
perficiuntur: Et huc spectant ea quæ præter mutu-
um ab eod. Vlp. in recitata lege afferuntur exempla,
depositi nimirum, commodati, donationis. In qui-
bus omnibus eadem cum mutuo definitione utitur.
Sic ergo de his generaliter definit (nam hæc exemplo-
rum summa est cum de negotio perficiendo quaritur)
quoties ex una aliqua harum causarum pecunia ali-
cui datur, si is qui accipit, in eandem causam non con-
sentiat, sed hoc animo sit, ut ex alia causa accipiat, sic in
utramq; partem nihil agi, ut neq; sit id negotium, quod,
qui dabat, voluit, neq; id de quo qui accipiebat sensit:
utputa, Ego pecuniam tibi quasi donaturus dedi: tu
quasi mutuam accipis; Neq; donatio erit, inquit, neq;
mutuum. Donatio, quia in eam non sit consensus
accipientis: Mutuum quia rursus in id non con-
sensus dantis. Idem & in reliquis exemplis statuit
eadem ratione. Unde & lippis & tonsoribus ex
communi opinione & traditione manifestum esse po-
test: planè Vlpianum aliter hanc controuersiam
imò maxime aduersante modo definiuisse, atq; Iulia-
nus noster. Quid itaq; dicendum? Num eorum se-
quemur D. D. vestigia, qui indissolubilem hanc pu-
gnam fatentur? deterret certè Maiestas Imperato-
riæ nullam antinomiam in libris vniuersi iuris reli-
ctam

etiam apertis asserens verbis. Eorum itaque qui ingenij sui nervos in dissoluenda hac difficultate adhibuerunt? tutius profecto fuerit, si non inferiora exantlati istis suis gravissimis, uti iactitant, laboribus tradere deprahenderentur. Sed quid mihi sumo? Vestro exactissimo iudicio perpolitissimisq; auribus rem omnem subijcio: Vestrum iudicium esto: referam itaque breviter quidnam pro concilianda hac contrarietate praeclariores Iuris nostri interpretes per manus quasi nobis tradiderunt. Communiter DD. Accursius, Bart. Alex. Ias. & alij classici intricatum hunc nodum exolvere conantes, hunc in modum distinguendum opinantur: Aut precedebat traditionem debitum, & tunc favore^a liberationis dominium transferri, aiunt, non obstante dissensu in causis, & ita procedere existimant locum Iuliani in d. l. cum in corpus: aut verò non praecessit debitum, & tunc non transferri, & in hunc sensum exaudiri debere, tradunt, Vulpianum Iureconsultum in allegata l. si ego. quam dissolventi viam & rationem ut probabilior^b efficiat Alciatus, docet^b vocabulum creditam in praedicto Iuliani responso interpretandum esse quasi creditam à te, id est tibi ex precedenti aliqua obligatione debitam, ut sic tu eam quasi debitam tibi antè solutionis causa accipias. idq; probat ex autoritate

^a
argu. l. Ar
rianus 47.
ff. de obl.
& act.

^b
lib. 5.
max. p. 15.
c. 15.

G ij

Marci

Marci Tullij qui in oratione aduersus Pisonem ita scribat : Nonne, inquit, cum CC. talenta tibi Appolloniata dedissent, ne pecunias creditas soluerent, creditorem debitoribus addixisti ultro? Non dissimili quoque ratiocinatione hanc communem Interpretum solutionem sequitur Julius Pacius ^{in verborum} ^{causam}, seu LL. à se conciliatarum centuria 3. quest. 68. Verum cum vis & energia totius huius vulgaris solutionis in eo omnis consistat, quod aliter interpretandum sit vocabulum creditum in responso Iuliani atque verbum mutuuum in rescripto Vlpiani: Et hoc quidem tanquam aliquando reddendum accipi: illud verò tanquam perpetuò sibi habendum, quippe cum tanquam debitum prius constitutum solvatur; Et hæc differentia in iure nostro non fundetur, ne dicam aperte illi refragetur, quis non fragilem atque inutilem illam dixerit? Nam vocabulum creditum siue locutionem illam creditam pecuniam in usu iuris nihil aliud significare quam mutuam testis est locupletissimus Iureconsultus Africanus in l. qui negotia. 34. ff. mandati. testis est Iureconsultus Paulus in l. quod si minor. 24. ff. de minorib. Et sicui forte non suffecerint hi duo omni licet exceptione maiores, accersat & ipsum Iureconsultum Vlpianum, de cuius responso hic controuertitur, is enim phrasin illam in l. 1. ff. ad

ff. ad S.C. Macedon. pecuniam credere, in l. 3. eod.
tit. per hanc formulam mutuam scilicet pecuniam
dare effert, & ipse quasi interpretatur. Sed quid in
re omnibus manifesta laboro? Neq; sanè quicquam
huic erroneæ solutioni patrocinari poterunt Alciatus
& Pacius viri licet doctissimi & acutissimi, ipse
siquidem literalis ipsius responsi contextus hanc in-
terpretationem respuere videtur. Apparet enim
ut rectè doctissimus Hugo Don. colligit ex verbis
presentis temporis quibus Iulianus utitur nempe
tradam & accipias, etiam donandi animum & crediti
verbum ad idem planè tempus referri debere: ut sit
sensus, si pecuniam tibi tradam donandi gratià, tu
eam quasi nunc creditam accipias. non potuit autem
pecunia intelligi nunc à te credita, cum à te non pro-
fisceretur. Itaq; creditam sic accipere debemus,
ut tueam quasi nunc creditam accipias, creditam
autem non à te, qui eam non das, sed à me, qui eam
tibi trado. Deinde cum pecunia ab aliquo proficisci
debeat, ut sit credita, à quo intelligere possumus eam
profectam, nisi ab eo, quem prius dictum est eam
tradidisse? Ego autem is sum qui dicor tibi eam tra-
dere. quare & cum credita esse postea dicitur, etiam à
me credita debuit intelligi, nisi nominatim adijcere-
tur te accepisse quasi à te prius mihi creditam.

Quan-

Quaquam si dederimus creditam in eo exem-
plo significare tibi debitam, pro ut interdum usurpa-
ri potest teste Cicerone in citato loco: parum tamen
proficiemus. Reuocabimur enim semper ad defini-
tionem initio positam, cum Iulianus generatim ita
scribat: Cum in corpus quidem quod traditur con-
sentiamus, in causis verò dissentiamus, non animad-
uerto cur inefficax sit traditio. *qua definitio in specie
proposita efficit dominium pecunia in te transferri.*
Cum enim pecuniam tibi do donandi gratia, etsi tu
quasi mutuam accipis; tamen in eandem rem &
eiusdem rei dominium consentimus, cum ex utraq;
causa pariter dominium transferatur. Ita ex de-
finitione etiam in ea specie dominium transferri di-
cendum est. Nec ad rem pertinuerit, quod forte aliis
quam huius speciei exemplo postea Iulianus usus
non erit, quæ enim exempli loco dicuntur, ea de gene-
ralitate definitionis nihil mutant l. 1. s. quod vulgo.
ff. unde vi l. penul. s. ult. ff. de juris & facti ignor.
Et porro ut de sententia Iuliani nihil dubitetur quid
est quod ad transferendum dominium exigamus
præter rei traditionem, nisi ut in eo de quo transferen-
do agitur, concurrat affectus ex utraq; parte dantis
& accipientis? Nam ut transferat dominus rem
suam quam tradit, satis est, quod vult transferre.
hanc

hanc enim voluntatem natura equum est, ratam
haberi. s per traditionem. Instit. de rer. diuisione; Et
ut acquirat is qui accipit, solum hoc queritur, ut velit
suam esse l. i. §. i. ff. de acquir. poss. At qui quacunq; dan-
di Et accipiendi causa sint, si ex omnibus id agitur, ut
dominium in accipientem transeat, concurrat utrinq;
Et dantis Et accipientis affectus in hoc, ut dominium
transferatur. Proinde quicunq; erit dissensus in cau-
sis dandi accipiendiq;, nihilominus eum affectum ad
dominium transferendum spectari oportebit, Et ex
eo dominium transferetur.

Quare siue definitionem spectemus qua initio
posita est in d. l. cum in corpus siue exemplum quo in
extremo Iulianus utitur; siue rationem, qua superior
sententia defenditur; omnia efficiunt etiam in hac spe-
cie cū ego quasi donaturus tibi pecuniam do, tu quasi
mutuā accipis, dominium in te transferri. Quae cū ita
se habeant, facile, opinor iam omnes intelligitis quā
sit minus tutā, minusq; rectā supra tradita D. D. no-
strorum solutio. id quod optimē perspiciens Iurecon-
sultus praestantissimus Hugo Donellus, aliam dissol-
uendi viam inueniendam censuit. quid itaq; ille? Ego
inquit, qui videam in verbis Iuliani, qua leguntur in
d. l. cum in corpus. nullum locum relinqui tergiver-
sationi, ut negemus eum de eadem specie de qua Vlp.

H agit

agit in d. l. si ego. exemplum proponere; quiq; intelli-
gam præterea sic illi constare rationem cur in ea spe-
cie velit dominium transferri, ut turpè sit etiam, nec
non indignum Vlpiano aliter sentire; puto dandam
esse operam, ut potius Vlpiani locus ad Iuliani senten-
tiam reuocetur, & ex ea interpretationem accipiat si
fieri potest, quàm contrà, ut vera nec obscura Iuliani
sententia ex eo loco commutetur. quæ quidem omnia
verissima hætenus sunt: sed pro solutione quid affert?
Animaduerto, inquit porro, verba Vlpiani magisq;
nummos non fieri accipientis &c. esse ambigua; significant
enim propriè nummos ita accipientis non fieri, ut do-
minium non transferatur: at possunt etiam ita acci-
pi, ait, ut significetur eos accipientis non fieri perfectè
argumento l. cum quis s. qui hominem. ff. de solut.
qua significatione si hac Vlpiani sententia accipiatur,
nihil pugnare eam cum Iuliani putat, quippè cum
usus juris sit, ut re vera & effectus non videatur cri-
minisquam fieri, aut ad aliquem pertinere, quod non est
mansurum. Sic soluit Dn. Donellus. Et sanè non inteli-
citer, nisi explicatè minus ex eodem, quem in aliis Dd.
reprehendit, improprietas modo remedium quære-
ret. Nam cum Alciatus receptam illam ab Interpp.
conciliationem inuaret allato exemplo Ciceronis
quæ

quo creditum pro debito non nunquam usurparetur,
refutavit hoc ipse Donellus ut audivistis ex eo quod
in usu juris credita pecunia proprie, mutuam signifi-
caret. Et recte, pro ut ex citatis Iureconsultorum re-
scriptis plus quam manifestum apparet. inconueniens
itaque videtur in improprietate ista fundamentum so-
lutionis poni. Maxime cum hac ratione duae diuersae
confundi videantur quaestiones: Aliud siquidem est qua-
rere an res fiat accipientis? aliud an perfecte vel imperfecte
fiat? Accipientis fieri asserit Julianus, negat Vlpia-
nus. de modo verbum nullum. religio itaque sit hoc
priori adstruere, nedum commiscere aut cum illo con-
fundere. Quid ergo? hoc pacto, dicit Donellus, si
non accipiatur responsum Vlpiani, nihil dici potest,
cur horum locorum sententiae non sint in specie con-
trariae. Atqui id salua summi istius viri existi-
matione haud putarim: Et quidem cum ex pra-
ceptoribus meis didicerim ex omnibus dissoluendi
contrarias leges rationibus siue modis, nullum
esse meliorem, nullum tutiorem, nullumque gra-
tiores, quam est is, qui ex diuersitate cuiuslibet
materiae et fundamentorum ipsorum depromi-
tur: nihil peccare mihi videbor si relictis D D.
varijs opinionibus, quorum auctoritate ni-
hil detractum cupio, pro tenui mei ingenij mo-

modulo utrumq; responsum & Iuliani & Vlpiani
tanq; ad suos cancellos reuocare. & inde iuxta senten-
tiam Larioti, & C. L. IC. Vultei P. colendi verio-
rem cõponendi hanc difficilem pugnam hauriri posse
viam demonstrare annitar. Inprimis itaq; quod ad
responsum Vlpiani attinet in d. l. si ego. scitis & iam
recognoscitis positum id esse sub tit. de rebus creditis
si cert. petatur, qui totus tit. ex professo & intenti-
one principali agit. de modis contrahendi & cumpri-
mis de contractu mutui rectè instituendo peragen-
doq;: ad quem scopum collimare dictam legem. si ego.
non tantum probabile sed propè necessarium est: In
hunc itaq; modũ respondit ibi Iureconsultus Vlpianus:
Si ego pecuniam tibi quasi donaturus dederõ, tu quasi
mutuam accipias, nec donationem esse, nec mutuum.
agit itaq; ut nemo non videt de constituendo contra-
ctu, seu causa, quam traditio sequatur tanquam effe-
ctus, de qua inprimis constare necessum est, si hac tan-
quam effectus sequi debeat. Iniri autem contractus
sive causa illa constitui non potest, nisi uterq; in unum
& eundem contractum consentiat: Contractus siqui-
dem est species conuentionis. Conuentio verò duo-
rum pluriumue in idem placitum consensus l. 1. l. 7.
ff. de pact. Mirum itaq; non est, cũ dans & accipiens
in hunc eundem contractum non consentiant, contra-
ctum

Etum nullum esse, & proinde cum nulla causa existat
ex qua traditio fieri possit, etiam modum transferen-
di nullum esse. Secus verò aliudq; obtinet in specie.
d. leg. Cum in corpus. ubi de traditione expressè Iu-
reconsultus loquitur, quæ est modus acquirendi trans-
ferendiq; dominij, quare etiam posita est sub tit. de ac-
quir. rer. dom. qua in materia si voluntas fuerit tra-
dendi, & dua sint cause præcedentes, ex quarum u-
traq; traditio rectè fieri possit, licet in causa dissen-
tiant, modò in corpus consentiant, traditionem ta-
men efficacem esse. & ex causa alterutra tanquam
effectum suam causam sequi necessarium est. Hæc
opinor, vti simplicissima ita & verissima grauisima
istius controuersie dari potest conciliatio: Cui etiam
patrocinari non dubitauit Vir Nobilissimus, Iure-
consultus de vniuersa Iuris disciplina summè meri-
tus & per totam Europam celeberrimus, Præceptor
mihi perpetuò colendissimus Dn. Matthæus Wes-
senbecius p. m. cuius memoriam venerabilem quod
ab obliuione in hoc etiam loco, maximè huius solen-
nis nostræ ac publicæ renunciationis tempore, grauis-
sima tua oratione vindicare volueris Clarissime Dn.
Doctör, Promotor dignissime, & te dignum facis, &
illustriissima laudabiliq; huic coronæ gratum puto, mi-
hi verò longè gratissimum, qui huius, cuius nunquam

H ij

inter-

intermorituram spero prestantissimi nominis famam, Viri summi, cum primis suasu atq; consilio ad hunc solennem in I. V. gradum in illustrissima atq; celeberrima hac Academia, DEO ter Opt. M. conatus honestos feliciter adiuuante, aspirare capi. Sed ne à proposito meo diuellar, conciliationis allaeta haec sit q. summa: Dissensionem in causis iam constitutis non reddere traditionem nullam secundum responsum IULIANI: secus verò in causis constituendis, in quibus terminis procedit rescriptum VLPIANI. Tantum itaq; iam aberit ut alter alteri contradicere videatur, ut verè vnus alterum interpretari rectè dicatur: Licet diffusa DD. commentaria rem supra modum confusam nobis reddiderint.

Et haec sunt quae ex iussu Dominorum Praceptorum pro tenuitate mea de difficilima hac questione & Gordiano nodo intricatiore ex LL. veritate relictis varijs DD. traditionibus propter temporis cum primis angustiam in amplissimo atq; illustrissimo hoc vestro confesso, Magnifice Rector, Illustrissimi Principes, Generose Baro, Nobilissimi, Reuerendissimi, Clarissimi, Excellentissimi, Prudentissimi atq; humanissimi Viri, nec non adolescentes, Iuvenesq; multò ornatissimi, dicere in presenti habui,
ubi

ubi breuiter audiuitis errorem in causa si modo in
corpus consensum sit, dominij translationem per mo-
dum traditionis non impedire, neq; quicquam aucto-
ri huius decisionis Juliano contradicere Ulpianum,
aliter licet vulgò creditum sit. in quibus si vestris a-
cerrimis atq; gravissimis iudicijs satisfacere potui,
est quod summo opere gaudeam: sin minus, quod
tamen sine tadis discentem me clementer & placide
audiueritis, est, quod gratias summas & maximas
vobis omnibus ac singulis debere me agnoscam,
relaturus aliquando pro viribus vbi lo-
cus & occasio dabitur.

D I X I.



EXPLI-

EXPLICATIO L. SI CVM
HERMES. C. LOCATI, A IOHAN-
NE MVLLER QVEDELVRGENSE
RECITATA.

ETSI clarissimi, & consulti viri,
praeceptores unice colendi, tanta huius
legis in usu practico utilitas, tantaq;
mibi dicendi copia sese ostendat, ut me-
rito in explicacione eiusdem prolixior
esse debeam: tamen cum sentiam mihi difficiliorem
esse postremum locum dicendi, limites orationis meae
mibi aliquantò angustiores constituendi erunt. Suc-
cedo enim clarissimorum & doctissimorum virorum,
nempè Decani spectatissimi, & promotoris nostri
dignissimi orationibus, quae gravitate, magnificen-
tia, & elegantia tam rerum, quàm verborum ita
referta fuerunt, ut nequaquam aures vestras prater-
vecta sint, sed in animis omnium ita adhuc insideant,
ut magis in recordatione illarum, quàm in explica-
tionis meae auscultatione eos occupatos teneri mihi
certò persuasum habeam. Nam sicuti repleti lau-
tioribus & facilioribus cibus respuunt inspidos, &
difficiliores: Sic quoq; ne & vos, quorum animos
mira suavitate orationes priorès affecerunt, et satia-
runt,

runt, explicationem meam, ut incultam, & plane
ab omni sermonis ornatu nudam, fastidiatis, metuo.
Quocirca iter orationis sue explicationis mea ita
mihi dirigendum erit, ut quamprimum absolui, vo-
bisq; fastidium breuitate minui possit.

In hac autem lege, illud potissimum in contro-
uersiam vocatum fuisse liquet, Anne fideiussor pro-
rogatione termini, se in scio à creditore debitori prin-
cipali facta, liberetur. Qua in questione enodanda
opera precium esse duco, ut distinguam inter fideiuf-
sorem, qui sine ulla termini circumscriptione fidem
suam pro debitore obstrinxit, vel saltem in certum
tempus solutionem, non dico obligationem, contulit:
Et inter eum, qui ad certum tempus duntaxat, puta
ad quinquennium, intercessit.

Quod igitur ad primum attinet fideiussorem,
qui simpliciter fideiussit, non ad certum tempus ob-
ligatione fideiussoria coarctata, vel diem solutioni as-
signauit, nequaquam prorogatione creditoris obli-
gationi eximi, firmiteribus juris fundamentis sub-
nixum, & crebriori doctorum calculo receptum est,
ut videre est ex Panorm. in c. constitutus. in fin.
ex: de fideiussoribus. Felin. in c. de causis. num. 3.
ex: de offic. & potest. judic. delega. Min sing.
cent. 6. obseruat. 53. num. 4. And. Geil. lib. 2. obser-
uat.

I

uat.

vat. c. 30. nu. 11. Nam si Bartolo in L. 1. s. Et post
operis nu. 4. ff. de Nou. oper. nunciat Et Iasoni in
l. 1. nu. 40. 20. C. de iudiciis, testantibus, prorogationem
termini, vel dilationis concessionem, cum omnibus,
Et accessorijs factam censerit per l. 2. s. si Et index ff.
de iudic. fides habenda sit, illud affirmandum est, fi-
deiussores simpliciter fidem suam absq; taxatione
temporis interponentis obligationem per prorogatio-
nem creditoris debitori factam non expirare, siqui-
dem fideiussio accessio sit principalis obligationis, Et
plerunq; secundum hanc sicut stipulatio secundum
contractum, cui adijcitur, conformari solet. Ias. in
Rubric. de verbor. oblig. Bartol. in l. videamus s. si
actione de usuris. Vnde sicut obligatio principalis,
ita quoq; accessoria, veluti fideiussoria, adhuc du-
rabit. Et hoc eò minus recipere dubium argumen-
to nobis est. item queritur s. qui impletur ff. lo-
cati, ubi pignora locatori supposita prorogato tem-
pore locationis etiam prorogata censentur. Qua
cum multis in casibus cum fideiussoribus in pari ju-
re constituantur, ut tradit Baldum. in pr. tract. de
pignor., Et probat L. fin. in Verb. si aliam perso-
nam adhibuerit, vel pignus acceperit, C. de Noua-
tionibus, quid vetat, cur non in hoc casu fideiusso-

res eo-

res eodem jure aestimari debeant? In quam sententiam me fortius impellit, quod video, fideiussorem aequè atq; principalem, si dicto die non solvat, in mora constitui, atq; iccirco in usuras ex mora causam trabentes condemnari posse, quamvis fideiussor non actione bona fidei sed ex stipulatu conveniatur, quia rei locum obtinet L. 4. ff. de fideiussorius, L. mora ff. de verb. obligat. Cuiac. in L. centum capua. ff. de eo quod cert. loc. tr. 3. ad Afric. ubi plures adducit leges. Ex quo cum constet, hanc prorogationem quoq; in fideiussoris commodum factam, ne videlicet moram fideiussor committat eo ipso, quod dicto die non numeret pecuniam, sequitur & obligationem fideiussoriam quoad tempus prorogatum durare. Inducta enim ad unum finem non debent operari alium, & verhard. in Top. legal. in loc. ab ordinatione. Et actus agentium non interpretari solemus ultra voluntatem, & intentionem eorum. L. non omnis in pr. ff. si cert. pet. Sed quando creditor prorogat terminum ad solvendum, non facit ea intentione, ut liberet fideiussorem, sed tantummodo ne pœnam incurrat, Ergo liberationem producere nequit. Apostilla ad Panorm. in d. c. constitutus in fin. Ex his cum satis appa-

reat de veritate huius assertionis, eam pluribus fun-
damentis munire superseabo, meq; ad secundum,
in quo nostra legis nucleus latet, membrum confe-
ram. Quod igitur ad eum fideiussorem, qui ad
certum tempus tantum fidem suam obligavit, at-
tinet, à maiori quidem Dd. nostrorum, quibus
Minsing. & Andr. Geil. annuero, parte in hanc
sententiam itum est, ut statuerint prorogationem
à creditore factam plenissimam fideiussori confer-
re liberationem. Verum cum hac sententia à ve-
ritate LL. & equitate quàm longissimè disuncta vi-
detur, in eam spem venio, me in nullius reprehensionem
iure incurrere posse, si secessionem ab his fe-
cerim. Non enim ex multitudine Dd. sed potius
rationibus quid melius, & equius sit, indicandum
esse Imp. precipit. Quare rectius me interpreta-
surum hanc L. confido, si tempus prateritum à tem-
pore prorogato, siue futuro distinxero. Nam quo ad-
hoc, scilicet tempus prorogatum; fideiussores ita ab
obligatione eximuntur fideiussoria per prorogatio-
nem, ut nullo modo ulterius ad praestationem eius,
quod obligationi principali ex tempore prorogato
accedit, astringantur, hoc evincunt evidentissimè
verba L. nostra: Non oportere de posterioris tem-
poris

poris periculo astringi, iudex competens non ignora-
bit. Hoc etiam ex eo elicitur, quod communiter ex
L. Boves s. hoc sermone ff. de verb. sig. receptum est,
sermonem simpliciter prolatum de primo intelligi,
hoc est, primo atq; unico actu consumi, perfici, & fi-
niri. Ex quo fit, ut & fideiussio ad illud tempus tan-
tummodo, quod obligationi à fideiussore prefixum
est, restringatur, non autem ad tempus prolatum
producatur. Et hoc respectu rectè à Ferrariense, &
Tiraquello traditum videtur, prorogationem nulli
alij damno esse posse, quàm prorogantibus. Sicut
autem fideiussori quoad tempus prorogatum libera-
tionem competere affirmamus: ita quoad tempus
præteritum, & initio obligationi adiectum, eandem
tribui negamus. Qua in re ut apertius de mea men-
te constet, hanc facti speciem adijciam. Titius, ut
principalis debitor, Sempronio debet 1200. thaleros,
pro Titio Mevius intercedit ad quinquennium, quod
adijcit obligationi, non verò solutioni, quod perinde
est, ac si diceret, Intra quinquennium tantum, non
ulterius, se velle teneri pro Titio. Elapso quinquen-
nio Titius dilationem usq; ad aliquot annos impe-
trat à creditore. Hic fideiussor quoad usuras, &
alias accessiones ratione temporis à quinquennio fini-
to elapsi creditori à Titio debitas conveniri nequit,
I iij ratione

ratione tamen pecunia, tempore quinquennij debita,
putà mille thaleros, & usuras, intra quinquennium
ab initio prestitutum non exolutas, nihilominus ob-
strictus manet. In hanc sententiam me impellunt
verba L. nostra: Non oportere fideiussorem de
posterioris temporis periculo adstringi. His enim
verbis nihil aliud Imp. innuere voluit, quàm fide-
iussorem adhuc obnoxium esse periculo prioris tem-
poris, quia ducta à contrario sensu perinde haben-
tur, ac si in lege expressa fuissent. Confirmat me
ulterius in hac sententia fortissimè L. si unus s. si cum
reo ff. de pactis, ubi reus pactum fecit cum credi-
tore, ne intra annum peteretur. Hoc pactum quo-
ad tempus prolongatum tantummodò proficit fide-
iussori ad exceptionem dilatoriam, eo verò finito nul-
lam amplius exceptionem tribuit. Ex quo liquido
patet prolongationem termini, actionis, qua credi-
tori aduersus fideiussorem tempore obligationis fini-
to competebat, exercitium tantummodò suspendere,
quoad tempus prorogatum, non autem planè adime-
re. Idem quoq; ex L. sed si manente ff. de precario,
ostendi posse mea fert opinio. Nam ibi precarij
prorogatio causam possessionis non mutat, nec eo mo-
do nouum constituit precarium, sed in longius tem-
pus profert. Ergo & eodem modo prorogatio obli-
gatio-

gationis principalis ad causam fideiussionis planè suffocandam non sufficit, sed tantummodò ad exactiorem in longius tempus reiiciendam prodest. Quod ex eo potissimum corroboratur, quod tempus sicut nec obligationem inducere, ita nec eam perimere valet. Et has ob rationes rectè Bartol. in L. Valerianus. nu. 5. ff. de pratoriis Stipulat. scriptum reliquit, fideiussores prioris temporis obligationi adiectos nequaquam periculum prioris temporis, vel onus exoluendi eo tempore debitam pecuniam à se amoliri posse post terminum destinatæ solutionis alijs fideiussoribus acceptis, aut alijs etiam instrumentis confectis. Hanc quoque sententiam ambabus quasi manibus arripientem esse suadent & rationes in priori membro adducta. Sic denique ipsa aequitas fideiussores quamvis dilacione, post lapsum terminum facta obligatos retinet. Maximo enim beneficio debitorem, & fideiussorem ex protractione temporis affici, in confesso est. Nam si fortasse in primo termino creditor solutionem precipitasset, non solum pro satisfactione cum magna iactura rei familiaris res suas distrabere, sed etiam sub immodico fœnore pecunias alibi mutuas accipere coacti fuissent. Maxime ergò aequitati conuenit, ne creditori pro tali beneficio iniuria retribuatur, qua sanè afficeretur maxima, si proro-

gatione termini liberationem fideiussor nancisceretur. Quocirca his fundamentis, & autoritate praestantissimi jureconsulti Matthiae Coleri in tr. process. execut. part. 1. cap. 10. num. 298. adductus statuo, tam juri, quam aequitati congruum esse, fideiussores obligationem concessam nequaquam se penitus obligationi eximere posse, sed hac non obstante pecunia, qua tempore prorogationis peti potuit, exoluenda obnoxios remanere. Nec tantum rationibus Dd. tribuendum esse existimo, ut quem in contrariam sententiam jure trahere possint. Quod enim Dd. opinantur, per prorogationem termini si non ipso jure, tamen ope exceptionis novationem induci, nullis fundamentis juris subnixum est. Siquidem ex L. fin. C. de Nouat. satis superq; apparet, nisi specialiter actum, & expressum fuerit, nullas coniecturas, vel praesumptiones ad operandam novationem sufficere, quod quidem referente Menochio in 9. remed. recup. possess. nu. 379. Barbat. conf. 37. lib. 1. Et consil. 15. lib. 2. adeo procedere arbitratur, ut nec statutum praesumptionibus talem effectum addere valeat: Multo minus liberationem ex prorogatione termini proficisci consentaneum erit, quod & Mascard. in tr. de probat. Conclus. 1111. ad veritatem juris propius accedere opinatus est. Nec illud etiam magnopere attenden-

tendendum esse existimo, quod clamant Dd. pro-
rogationem termini fideiussoribus sapissime damno-
sam esse. Multi enim, inquit, principales, qui
ante tempus prorogatum tantis adhuc opibus va-
lent, ut absq; difficultate debitum exolvere possint,
post dilationem ita bonis suis exuuntur, ut ne obu-
lum ad solutionem conferre possint, sed hoc totum
oneret fideiussorem, omni spe illud à debitore princi-
pali repetendi praecisa, à quo tamen planè immunis
fuisset, si dicto die absq; prorogatione termini ex-
acta esset pecunia. Vnde inferunt, prorogationem
in scio fideiussore non esse dandam, & per consequen-
tiam, datam fideiussori liberationem tribuere. Ve-
rùm quàm fragile sit argumentum, cuius penitiùs
hanc rem inspicienti apparebit. Nam si fideiussor
post terminum solutionis lapsum denunciatione cre-
ditori facta de debitore ad solvendam pecuniam com-
pellendo, nihil omnino creditori, si cessauerit, nocere
potest, ut pra se ferunt verba L. si fideiussor 62. ff. de
fideiussoribus: quantò minus prorogatio, quæ non
fit contradicente fideiussore, creditori oberit. Hoc
quoq; argumentum everit & illud, quod non proro-
gatio, sed negligentia, quam committit fideiussor in
postponendis remedijs, quibus sibi de indemnitate
prospici

prospicere potuisset illum hoc damno afficiat. Hoc enim facile evitasset, si cognita inopia principalis ad liberationem egisset, vel pro debitore post terminum solutionis pecunia erogata, contra eum regressu fuisset usus, qualia remedia ex L. 10. C. Mandati. fideiussoribus prodita reperiuntur. Cum igitur hac remedia insuper habuerit, non prorogationi, sed sua negligentia hoc acceptum ferat. Quantum igitur utilitatis ex prorogatione termini ad fideiussores redundet, satis ex his omnibus constare puto, quibus pro ratione loci, & temporis praeceptoribus morem gerere volui.

D I X I.



Errata.

In lit. A ij. colum. 2. lin. 1. pro magis officium legendum officium magis. B. i. colum. 2. lin. 2. pro collimant leg. collineant, B. ij. lin. 5. pro Na leg. Non. B. ij. lin. 11. pro ingrati leg. ingenti, Ibid. lin. ansep. pro variam leg. vanam. B. iiij. colum. 2. pro cogitationem. leg. cognitionem. C. ij. lin. 22. pro amicis leg. amicos. Ibid. lin. 23. pro discipulis leg. discipulos. E. i. lin. 5. pro conferetur leg. conferatur, ibid. pro petitionem leg. petitionem. E. ij. lin. 6. pro commendationem leg. commendatione. ibid. lin. 19. pro essem. leg. esset. E. iiij. lin. 22. pro obstant leg. obstant. E. iiij. lin. penul. pro uberrima leg. uberrime. F. iiij. lin. 7. pro laudi leg. Claudi. E. iiij. lin. 6. pro Duorum leg. Dominorum. ibid. in altero lat. lin. 9. pro iusta leg. iussa & ibid. lin. 15. pro sollicita leg. solita. G. i. lin. 16. pro nostris. leg. nostri. ibid. lin. 17. subtilissime & acutissime simpliciter non adverbialiter leg. G. iiij. lin. 15. pro ist. est.



1487 1/2
F. 1487 1/2

Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be in a historical script, possibly Latin or German.



M



Pon Zf 4841, Qx

ULB Halle

004 867 874

3






QR. 279.

DE
TV
CONS
becij

SCR
AB AN
feßore

D
D
D

ADDI
TCORIS
re Collegi
tione a



B.I.G.

Farbkarte #13



OBL
IVRE
VVESEN-
quondam

ITATA
D. ET PRO
e decerneretur
Vris.

O Reuse
uedela
de Fri-

NSIO DO-
RO TEMPO
idem cum ora-
gressuum



an.

